

<i>Bois</i>	<i>Lignum,</i>	<i>Pois</i>	<i>Pifa,</i>
<i>Bain</i>	<i>Balneum,</i>	<i>Pain</i>	<i>Panis,</i>
<i>Beau</i>	<i>Pulcher,</i>	<i>Peau</i>	<i>Pellis,</i>
<i>Boire</i>	<i>Bibere,</i>	<i>Poire</i>	<i>Pyrum,</i>
<i>Boule</i>	<i>Globus,</i>	<i>Poule</i>	<i>Gallina,</i>
<i>Briser</i>	<i>Comminuere,</i>	<i>Priser.</i>	<i>Æstimare.</i>

Quæ omnia Germanus ita confunderet inter pronuncian-
dum, ut vnum pro altero sumeretur. In medio dictionis aliquan-
do est otiosum, aliquando non. Otiosum est in sequentibus
soubs, *sub*, *deute* debitum & in affinibus, *doubte* dubium, *prebstre*
presbyter; quæ sic pronunciantur & à modernis multis scri-
buntur *soûs*, *deûe*, *doute*, *prêtre*. Pronunciatur sed leniter & mo-
deratè in sequentibus *absouldre*, seu *absoudre*, sine *l* absoluerè,
absent absens, *abstenir* abstinere, *obscurcir* obscurare, *obseruer* obser-
uare, *obstant* obstans, *obstine* obstinatus, *obtenir* obtinere, *obuiet*
obuiare, & in affinibus. In fine ut plurimum non effertur, *coulomb*
columba, *plomb* plumbum, quasi *coulom*, *plom*.

Ante *b*, *p*; & *m*, nunquam *n*, sed semper *m*, ut apud Lati-
nos scribitur, ut *embrasser* amplecti, *embellir* decorar, *emporter* au-
ferre, *commencement*, initium; quæ pronunciabis ut *n*, sed
per *m* scribes.

C.

C Ante *a*, *o*, & *u*, profertur durè ut *k*, Germanorum, vel
a Grecorum: ut *cage* cauea, *cocq* gallus, *reculer* recedere.
Si notetur paruo signo per modum *s*. sonabit ut *S* & vo-
cabitur *c*. caudatum: ut *sçauant*, doctus, *façon* modus, *soupsçon*,
suspicio, *rançon* lytron; pronuncia ac si scribes *auant*, *fasson*, *sou-
pson*, *ranson*. Eandem pronunciationem sine notâ habet ante voca-
les *e* & *i* seu *y*: ut *ecy* hoc. *cela* illud, *citè* ciuitas, *cypres* cupressus,
cinq quinque, quasi *sinq* non *chinq* ut multi ex *Hannonia*.
Ex eo forte quod Hebræi pro *C* habent *Gimel*, Græci autem *γάρμα*,
aliqui pronunciant *C* ut *G* in *second* secundus, *Claude* Claudius,
quasi